



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Concilia Galliæ Narbonensis**

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1668**

Narbonense. 1090.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14646**



vobis & Domino Deo facio querimoniam,  
& postulo justitiam: quam nisi impetrave-  
ro, suæ excommunicationi parvi pendero,  
& in meam terram treguam nullam tene-  
bo, neque iudicium Apostolici ampliùs  
adclamabo.

Quod ego Beringarius ita superiùs que-  
ror ad Legatos Summi Pontificis superiùs,  
& ad cunctos Episcopos & Abbates, quo-  
niam ad synodum Arelati conabam osten-  
dere. Sed quoniam nihil profuit, ad Dom-  
num Apostolicum ideo libens mittere cura-  
vi. Quem rogo per Deum & sanctum Pe-  
trum ut ab hac excommunicatione me ab-  
solvat, meoque Præsuli de me satisfaciat:  
quoniam usque Romam ego lubentiùs sa-  
tisfacere ire non ambigo; ille, nisi ligatus,  
unquam sponte non ibit.

---

C O N C I L I V M N A R B O N E N S E  
*Habitu anno MXC.*

**I**N nomine Domini. In Concilio apud  
Narbonam ad honorem Dei celebrato  
veniens Domnus Rotbertus Abbas, cum  
majori parte Conventus sibi commissi, an-  
te præsentiam Domini Dalmacij Dei gra-  
tia Narbonensis Archiepiscopi, atque  
eiusdem Ecclesiæ suffraganeorum, Tholo



fani, Carcaffonenfis, Helenenfis, & Biterrenfis, feu Magolenenfis Epifcoporum, & Canonicorum ejuſdem Eccleſiæ Narbonenfis, ceterorúmque virorum religioſorum, Abbatum, & nobilium virorum, qui venerant ad dictum ſanctum Concilium. Proclamavit ſiquidem dictus Abbas, cum majori parte ſui Conventus, contra præſatum Dominum Dalmacium Archiepiſcopum, coram toto Concilio, quia injuſtè moleſtabat eos ſuper abbacia quondam ſancti Laurentij, quæ propter terræ malitiam erat redacta in prioratum: quæ Abbacia, ſive prioratus, dicebat eſſe pleno jure Craſſenſis monaſterij ſub cenſu annuo unius vaccæ optimæ vel X. ſolidorum Narbonenſium monetæ curribilis, quod magis Canonici Narbonenſes recipere elegerint. quod cenſum tenetur ſolvere Craſſenſe monaſterium dictis Canonicis ratione feudi. Item conquerebantur Abbas & dicta pars Conventus ſui, coram toto ſancto Concilio, quòd præſatus Dominus Dalmacius Narbonenſis Archiepiſcopus & Canonici S. Juſti prioratum S. Martini, olim exiſtens abbacia monaſterij Craſſenſis propria, & Eccleſias parrochiales, ac heremas, & Capellanos, Clericos, & Laicos parrochianos dictarum Eccleſiarum Craſſenſis monaſterij, ſitos Narbonenſi



diocesi, molestabant injustè, eos de facto interdicens, & aliis modis infestando, & quòd nihil habebant in aliquo vel aliquibus de prædictis vel habere debebant aliquo jure diocesiano vel episcopali, nisi unum sextarium tantum olei persolvendum ad mensuram Narbonensem curribilem terræ, pro omnibus supradictis, feriâ IIII. Capitis jejuniij annuatim, pro jure episcopali quod petent in prædictis, cum omnia supradicta sint per privilegia sanctæ Romanæ Ecclesiæ exempta ab omni jurisdictione episcopali, & dicto Crassensi monasterio concessa jure pleno. Ceterum petierunt similiter dictus Abbas & pars sua monachorum abbatiam sancti Polycarpi plenariè Crassensi Abbati & ejus monasterio pertinere. Et contrà dictus Dominus Dalmacius Dei gratia Narbonensis Archiepiscopus & Canonici sancti Iusti & Pastoris negabant omnia ista ita esse, & asserabant omnia supradicta ad Narbonensem Ecclesiam de jure communi in omnibus pertinere. Et cum fuisset super iis in dicto sancto Concilio hinc inde diù proclamatum, & privilegia sanctæ Romanæ Ecclesiæ perlecta, ubi omni prioratus Ecclesiæ parochialis & heremæ Crassensis monasterij siti in Narbonensi diocesi plenius continetur, totum sanctum Concilium



ordinavit & dixit quòd justum erat quòd tam Narbonensis Ecclesia quàm Abbas monasterij & monachi Crassenses haberent jus suum in prædictis, & ne privilegia sanctæ Romanæ Ecclesiæ dicto monasterio concessa in aliquo frangerentur. Ego igitur Domnus Dalmacius Dei gratia Narbonensis Archiepiscopus ex iudicio & consilio præsentium Episcoporum suffraganeorum Narbonensis Ecclesiæ & Canonorum sancti Iusti & Pastoris dimitto atque relinquo & in perpetuum concedo prioratus & Ecclesias parrochiales & heremas ac earundem Capellanos, & earundem Clericos parrochiales, & parochianos, secundùm quod omnia continentur plenius in privilegiis sanctæ Romanæ Ecclesiæ, prædicto Rotberto Abbati Crassensis monasterij, ejusque monachis, & eorum successoribus, ad honorem Dei & sancti Benedicti regendas, & perpetuò habendas, & in omnibus gubernandas, remota omni jurisdictione diocesana vel episcopali; tali videlicet ratione, ut pro omnibus Ecclesiis, Prioribus, & Prioratibus, eorumque Clericis, Capellanis, & parochianis, ratione omnis jurisdictionis episcopalis, unum sextarium olei feriâ IIII. Capitis jejunij solvant Abbates & Crassenses monachi Canonice sancti Iusti & Pa-



storis, & nihil ampliùs teneantur facere  
fedi Narbonensis Ecclesiæ pro omnibus  
supradictis. Et prædicta loca sancti Lau-  
rentij & sancti Polycarpi dimitto & con-  
cedo similiter ex iudicio & consilio om-  
nium supradictorum tam Episcoporum  
quàm Canonicorum sancti Iusti & Pasto-  
ris, dicto Abbati & monasterio in perpe-  
tuum; ea videlicet ratione, ut pro recog-  
nitione quòd locus sancti Laurentij cum  
suis pertinentiis, qui antiquitus abbatia  
fuit, pertinet ad dominium sancti Iusti &  
Pastoris, unam vaccam optimam aut X.  
solidos Narbonenses curribiles, quod isto-  
rum magis Clerici seu Canonici sancti Iusti  
& Pastoris recipere elegerint, reddent Ab-  
bas & monachi Crassenses beato Iusto &  
Canonicis ejus annuatim à Natale Domi-  
ni usque ad Carniprivium, & nihil ampliùs  
Priores vel Clerici seu gubernatores, qui  
præ monasterio fuerint præfati sancti  
Laurentij, teneantur reddere vel facere  
Archiepiscopo vel Canonicis aut eorum  
successoribus, pro dicto loco, Ecclesiis, &  
pertinentiis ejusdem sancti Laurentij. Præ-  
terea præfatus Domnus Rotbertus Abbas  
Crassensis & pars ejusdem monachorum  
præsentium prædictum sextarium olei as-  
signarunt prædictis Canonicis sancti Iusti  
& Pastoris super locum sancti Laurentij,



ad mensuram rectam Narbonensem curri-  
 bilem, in prædicta feria IIII. Carnisprivij  
 perpetuò solvendum, & apud Narbonam  
 portandum, pro omnibus juribus diocesia-  
 nis vel episcopalibus quæ Narbonensis Ec-  
 clesia posset petere aliquo jure vel ratione  
 in aliquo vel in aliquibus prioratibus, Ec-  
 clesiis parochialibus, vel heremis Crassen-  
 sis monasterij sitis in diocesi Narbonensi &  
 scriptis in privilegiis sanctæ Romanæ Ec-  
 clesiæ concessis monasterio Crassensi. Ce-  
 terùm abbatiam sancti Polycarpi ego jam-  
 dictus Dominus Dalmacius Dei gratia Ar-  
 chiepiscopus Narbonensis, cum consilio &  
 voluntate omnium prædictorum, & specia-  
 liter Canonorum sancti Iusti & Pastoris,  
 præfato Crassensi Abbati ejúsque succes-  
 soribus committo & trado perpetuò gu-  
 bernandam, ut juxta regulam beati Bene-  
 dicti Abbates ibi de Crassensi monasterio  
 eligantur & ordinentur, consentiente ac  
 laudante Archiepiscopo Narbonensi ejús-  
 que successoribus, & ab eisdem electi in  
 Abbates benedicantur, & debitam subje-  
 ctionem prædictæ sedi Narbonensi pro-  
 mittant, & in manu ejus Archiepiscopi  
 obedientiam & reverentiam secundùm  
 Deum in omnibus profiteantur. Factum  
 est hoc anno ab incarnatione Domini mil-  
 lesimo XC. XIII. Kal. Aprilis, regnante

B iiij



Rege Ludovico, in præsentia Domini Dal-  
macij Dei gratia Narbonensis Archiepif-  
copi, qui hanc cartam fieri iussit, & sub-  
scriptis nominibus tam Episcoporum quàm  
aliorum & Canonicorum sancti Iusti &  
Pastoris adnotari fecit, & in prædicta car-  
ta hoc signum sanctæ crucis fecit ✝, &  
tam ipse quàm Dominus dictus Abbas  
Rotbertus alios hanc cartam firmare ro-  
garunt.

Signum Petri Carcassonensis Episcopi.

Signum Gotafredi Magalonensis Epif-  
copi.

Signum Raimondi Abbatis de Quadra-  
ginta.

Signum Bernardi Archidiaconi Narbo-  
nensis.

Signum Guillelmi Archidiaconi.

Signum Canonicorum S. Iusti, Petri  
Amelij.

Signum Pontij Setfredij. Signum Petri  
Ebrini.

Signum Petri Raimundi. Signum Petri  
Geraldii.

Signum Augerij. Signum Raimundi.  
Signum Petri Olivæ.

Signum Vitalis. Signum Guillelmi Ber-  
nardi.

Signum mei Iohannis monachi, qui  
hanc cartam scripsi apud Narbonam, in



clauſtro S. Iuſti , mandato prædictorum  
Dominorum , ſub die & anno quo ſuprà.

*A L T E R A P A R S*

*Actorum ejuſdem Concilij Narbonenſis.*

**A**NNO MXC. dominicæ incarnationis, XIII. Kal. Aprilis, in ſynodo apud Narbonam ad honorem Dei celebrata, veniens Rodbertus Craſſenſis Abbas, cum Priore & cum multa parte Conuentus ſibi commiſſi, ante præſentiam & deliberationem Domni Dalmacij Narbonenſis Archiepiſcopi, atque ejuſdem Eccleſiæ ſuffraganeorum, Petri videlicet Carcaſſonenſis Epifcopi, atque Godafredi Magalonenſis, necnon Bertrandi Barchinonenſis Epifcopi, & Clericorum ejuſdem Eccleſiæ, ceterorūmque religioſorum virorum & nobilium virorum, ſe & ſuos culpabiles & meritò dignos humili ſatisfactione recognovit. Interdictum quippe Narbonenſis Archiepiſcopi, diuinum celebrando officium, tranſgreſſus fuerat; & de quadam abbacia ſancti Laurentij, quam ſine ſui plenaria conſeſſione ſuſceperat, quæ ex regali Præcepto & Romanæ Eccleſiæ privilegio in proprio jure Narbonenſis Eccleſiæ donativa auctoritate tradita eſt, atque de monaſterio ſancti Polycarpi, quod in



sua diocesi situm esse manifestum est, quod sine prædicti ejusdem Narbonensis Archiepiscopi ejusdemque Cleri deliberata licentia perceperat. Vnde ex iudicio & consilio prædictorum Episcoporum ceterorūque religiosorum virorum utraque in manu prædicti Archiepiscopi regulariter dimittens deliberavit loca. Proinde siquidem ex beneplacito Narbonensis Ecclesiæ Archiepiscopi eidem Crassensi Abbati & fratribus ejusdem loci, ad honorem Dei & restorationem prædictorum locorum, Narbonensis Archiepiscopus condescendens, reservata sibi auctoritate regalis Præcepti & Romani privilegij, prædictum locum sancti Laurentij commisit & fideliter meliorandum perpetuò gubernandum concessit; tali videlicet tenore, ut per unumquemque annum, in festivitate Natalis Domini, pro recognitione quia proprium alodium est sanctorum Iusti & Pastoris, unam vacam optimam aut decem solidos Narbonenses monetæ curribilis, quod de utroque magis Clerici recipere elegerit, reddant beato Iusto & Canonicis ejus, & in feria IIIII. Capitis jejunij unum festarium olei ad justam mensuram sancti Laurentij pro simili recognitione prædictis Canonicis reddant. Abbatiam etiam sancti Polycarpi prædicto Crassensi



Abbati ejusque successoribus prædictus Narbonensis Archiepiscopus cum voluntate Narbonensis Ecclesiæ Cleri commisit & perpetuò regendam tradidit. Tempore autem quo prædicta loca secundum qualitatem locorum juxta regulam beati Benedicti Abbates habere potuerint, canonicè Abbates eligantur, consentiente & laudante Narbonensi Archiepiscopo, si secundum regulam sancti Benedicti eis assentire voluerit; & benedictione præfatæ sedis Narbonensis benedicantur, & debitam subjectionem prædictæ sedi promittentes, in manu Archiepiscopi obedientiam secundum Deum profiteantur. Interim verò Priores qui præfuerint in prædictis locis, cum debita reverentia Narbonensi Ecclesiæ subjacentes, jam sæpedito Archiepiscopo & successoribus ejus obedientiam debitam exhibeant. Dalmatius gratia Dei Narbonensis Archiepiscopus ✠. Factum est hoc in præsentia Domini Dalmacij Narbonensis Archiepiscopi, qui hanc cartam fieri jussit, & subscriptis nominibus tam Episcoporum & Clericorum & Abbatum quàm virorum nobilium adnotavit & laicorum.

Signum Petri Carcassonensis Episcopi.

Signum Gotafredi Magalonensis Episcopi.

Signum Bertranni Barchinonensis Episcopi.



copi. Signum Raimundi Abbatis de Quadraginta. Signum Poncij Sicfredi. Signum Petri Raimundi. Signum Petri Geraldi. Signum Bernardi Archidiaconi. Signum Guillermi Archidiaconi. Signum Petri Amelij. Signum Petri Olivæ Signum Vitalis. Signum Raimundi. Signum Augerij. Signum Arnaldi Guillermi. Signum Bernardi Guillermi. Signum Petri Ebrini. Signum Bernardi. Poncius monachus qui hanc cartam scripsit die & anno quo supra.

*C O N C I L I V M M O N S P E L I E N S E*  
*Habitu anno MCXCV.*

**A** N N O dominicæ incarnationis MCXCV. mense Decembri, cùm venerabiles Pontifices, quorum nomina subscribuntur, & alij Prælati Ecclesiarum provinciæ Narbonensis, de mandato Magistri Michaëlis venerabilis apostolicæ sedis Legati, apud Montepessulanum pro celebrando Concilio per seipsos & inter nuntios convenissent, ipse Legatus, de assensu omnium, universa quæ sequuntur ita instituit.

I. In primis, ut pax in tota Narbonensi provincia, sicut jurata fuerat antea de voluntate Domini Comitis Tolosanensis, &